


nobis fieri posse · ut cum sit una
ecclesia sicut spes una & baptisma
unum habeant tamen unum bap
tisma qui non habent unam eccle siā
sicut illis etiam temporibus fieri po
tuit · ut baptisma unum haberent ·
qui unam spem non haberent ;
Quomodo enim habebant unam spem
cum scis & iustus · illi qui dicebant ·
manducemus & bibamus · cras enim
morimur · dicentes quod non esset
resurrectio mortuorum · & tamen
ipsis erant quibus idem apostolus
dicit · ꝑ numquid paulus crucifixus
est pro vobis · aut in nomine pauli
baptizati estis / Adeo enim apertissi
me scribit dicens · Quomodo dicunt
quidam in vobis · quia resurrectio
mortuorum non est ; Et quod in
cantico canticorum ecclesia sic deseri
bitur · Hortus conclusus · soror mea
sponsa · fons signatus · puteus aquae
viuae · paradisus cum fructu pomo
rum / hoc intellegere non audeo · nisi
insciis & iustis / ꝑ non in auaris & frau
datoribus & raptoribus & fenerato
ribus & ebriosis & inuidis · Quos ta
men cum iustis baptismum habuisse
communem · Cum quibus communi
onem non habebant utique caritatem /
Ex ipsius cypriani litteris · sicut sepe
commemorauimus · uberius discimus &
docemur · Nam dicat mihi aliquis ·
quomodo ih̄s ipse dixerint in horto con
clusum & fontem signatum · quos
saeculo uerbis solis & non facta se nun
tiasse cyprianus · & tamen in matris fuisse
testatur ; Sicut enim & ipsi ibi sunt · & ipsi
sponsa xp̄i sunt / ꝑ ita ne ro talis est
illa sine macula & ruga · & illa specio
sa columba · tali membrorum parte
turpatur · Ani ste sunt spine in quarū
medio est illa sicut lilium · quod in eōde
cantico dicitur · In quantum ergo
lilium · In tantum & hortus conclusus ·
& fons signatus / Nullus ui deleat iustus
qui in occulto iudicantur circumcisi
one cordis / Omnis enim pulchritudo
filiae regum intrinsecus / In quibus
est numerus certus eorum praedesti
natus ante mundi constitutionem ;
Illa uero multitudo spinarum · siue

V viii.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
BSB Bayerische StaatsBibliothek
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte seit 1991
© Bayerische Staatsbibliothek
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bsb_clm21218/0132